ligenter ingrant ſimul & caute ſi ſpurius vel ſuppoſitꝰ ſit
homo ſpūalis & timens deū. Quo iuento vocent eū ſecre
to corā muliere:& ſi videbit̃ expedir̃ recepto priꝰ ſacramē
to a muliere ꝙ nō calūnioſe ꝓcedat:& etiā ab illo ꝙ factū
ſecretū teneat:poterūt reuelare ſibi & ide cōſulere ꝙ igre-
diat̃ religionem vel ꝙ trāſferat ſe ad longinquam regio-
nē:& ſic nihil ꝑcipiat de bonis illius quē credebat eſſe pa
trē.hęc Ray.Idē Guil.& Hoſt.Et addit Hoſt.ꝙ etiam ipſa
mulier pōt marito reuelare ſi nō timet ſibi periculū: ſicut
ſunt aliquę mulieres q̃ dominant̃ viris:& etiā aliquę ſciē
tibus viris adulterant̃:& filios ab alijs ſuſceptos ſcienter
ipſi viri nutriūt tāq; ſuos. Et i hmōi caſu cōſulendū eſt ꝙ
reuelet marito & ſic eo aſſentiēte abſoluta eſt mulier quā-
tū ad reſtitutionē:qa cōceſſum ē marito diſponere de ſuo
ſicut placet.hęc Hoſt.Si vero illi ſpurio vel ſuppoſito nō
pōt reuelari ſine periculo vel etiā marito:aut etiā ſi facta
reuelatione tali filio ſm dictā formā nō vult acqeſcere cō
ſilio:tunc iiūgat̃ mulieri ꝙ de ſpōſalitio ſuo & alijs rebus
quas habet vł i futurū habere poterit ſatiſfaciat iuxta poſ
ſe dolēs ſemꝑ de pctō.& ſi nō pt plene ſatiſfacere ꝓponat
firmiter i aīo ꝙ ſatiſfaciet q̃cito poterit:& ſic erit i bono
ſtatu.ar.xxij.q.v.hoc videt̃.& ex̃ de pœ.& re.officij.vbi po
nitur talis caſus.Dicta aūt ſatiſfactio fiat mediāte perſona
diſcreta ſecrete & caute & ſub hmōi verbis.Quędam pſo-
na tenet̃ vobis i hoc accipite.Idē Guil.& Hoſtiē. q etiam
addit ꝙ ſatiſfaciat etiā hęredibꝰ ab inteſtato vel etiā ſcri-
ptis.ſ.in teſtamēto.Satiſfaciet etiā vt dicit Inno.illis qui-
bus veriſimiliter credit ꝙ ſua reliqſſet:vel ſi hoc neſcit̃ de
tur pauperibꝰ.Qđ ſi mulier nō haberet qd daret.tunc ſm
Inno.ſi habet ꝓbationes ꝑ q̃s releuare poſſet ſucceſſores
p̄dictos a dāno qđ habent ſua occaſione debet eas addu-
cere:niſi ide eſſet graue malū ꝓueturum:tūc em̄ nō debet
facere:qa minꝰ malū ē dānū reꝝ q̃ corpoꝝ & aīarū:& idē
eſt i ſimilibus.Si ꝟo nō habet ꝓbatiōes ſileat.ij.q. vij.ple-
rūq;.Filius aūt hmōi ſpurius vel ſuppoſitꝰ.vt dicit Guil.
non tenet̃ ſoli mulieri credere:ꝑcipue cū multæ ſint mali
tię & fallacię mulierū.vñ ſi i ſana cōſcientia pſeuerat:cre-
do in toto ꝙ excuſat̃ ꝑ ignorātiā iuincibilē factę deceptio
nis de ꝑcipiēdis.Si ꝟo honeſtas fœminæ & alię ꝓbabiles
circunſtantiæ

de filio alieno.

Suppoſitio ꝓlis illegitimę.

Qualiter mulier ſupponens alienū partum ſatiſfacere debet.

Mulieres falſaces.la



circūſtātię faciūt ei probabilē cōſciētiā de veritate fcī:&
vult tutiorē viā tenere:nil vlteriꝰ ꝑcipiat.De ꝑceptis au-
tē & iā cōſumptis q̃diu habuit bonā fidē : cōſulit Ray.ꝙ
reſtituat vel cōponat : vel remiſſionē petat ꝑ aliquā aliā
perſonā tacito negotio. Dicit tñ ad hoc nō eſſe talē cogē-
dū ſi de facili nō pōt ad hoc iduci : ſed de conſumptis Vl.
ſimpliciter dicit talē nō teneri.Satis concor.Ioā.Neapot̃.
in quodlibe.Et addit nō ſolū ſi periculū perſonę immine
ret:ſed etiā amiſſionis famę & ſine periculo vitę:nō videt̃
ꝙ teneatur manifeſtare ſi hoc probare non poteſt.

## §. IX. QVINTO FIT FALSIFI-

catio in iudicio: vt qñ iudex ꝯtra leges & iura ꝓnūtiat:ſi
cut iudex i ſentētiādo iniuſte.ff.eo.li.j.vł q falſam legē vł
canonē cuiꝰ autor ignorat̃ allegat:ſicut faciunt interdum
aduocati iniuſtā cauſam defendēdo.ff.ad.l. cornel̃.de fal.
l.j.vel etiā corrūpentes teſtes:aduocatos: & iudices.ff.eo.
§.j.Sed de hoc ponetur ſpeciale capitulū ſequens.

¶De iniuſtitia quę fit in iudicijs:& quo ad iudicē: & quo
ad accuſatorē:& quo ad reum : & quo ad teſtes : & quo ad
aduocatum:& quo ad procuratorem. Cap̄.XIX.

## DE INIVSTITIA QVE FIT

i iudicijs q̃ frequētiꝰ ex auaritia ꝓcedit:ſm illđ
Iſid.lib.ſen . Cito violat̃ iuſtitia auro.xj.q.iij.
paup. Vñ & dñs i veteri lege mādauit iudices
iſtitui q oderit auaritiā. Cōtra aūt iniuſte iudicātes inue-
hit Pſal.dicēs Ps̄.lxxxj.Vſq; quo iudicatis iiqtatē.& faci-
es pctoꝝ ſumitis:iudicate egēo & pupillo.Vbi tria notāt̃

¶Primo reprænenditur prolatio iniuſta ſententiarū:ibi.
Vſq; quo iudicatis iniquitatem.

¶Secundo arguitur acceptio indebita perſonarum:ibi.
Et facies peccatorū ſumitis.

¶Tertio pręcipitur ſubuentio miſerabilium & oppreſſo
rum:ibi.Iudicate egeno & pupillo.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM

ſciēdū ꝙ iniqtatē iudicare ē iniuſte & inique iudicare.Di
cit̃ em̄ iniqtas q̃ſi inæquitas.i.nō æquitas.Equitas aūt ad
quā intēdere ſemꝑ debet iudex ſm iura ē ſeueritas iuſtitię
dulcore mię tēperata.Inique ergo iudicat q cōtra æquita-
tē & iuſtitiā iudicat:& hoc multipliciter.Primo iudicādo
eū qui nō eſt ſibi ſubiectus : vt laicus clericū: & p̄latus nō
ſubditū ſibi.Cōtra cuiꝰ pręſumptionē inuehit apl̃s Rom̄.
xiiij.Tu aūt qs es o hō q iudicas alienū ſeruū. Vñ & in fi-
gurā dñs pręcepit ꝙ trāſiēs ꝑ alienū agrū nō mitteret fal-
cē in meſſem alienā.ſ.falcē iudicij in nō ſubditos.vt expo
nit Grego.vj.q.iij.ſcriptū.Scđo inique iudicat:q de his q̃
deo ſunt reſeruata iudicat:vt de occultis. Vñ apl̃s.j.Cori.
iiij.Nolite ante tempus iudicare quoaduſq; veniat dñs.Et
Vrba.papa.De manifeſtis quidē loquimur:ſecretorū em̄
cognitor & iudex eſt deus.xxxij.diſt.erubeſcant. Tertio ii
que iudicat qui poſtpoſito ordine iudiciario iudicat.Vn
de poſt multa.c.ij.q.j.concludit Gratianus.§.his oībus.ꝙ
nullus eſt cōdemnādus niſi iudicio ordinabiliter habito
aut cōuincatur:aut ſe reum ꝯfiteatur.Et Iob.xxix.dicit de
ſe.Cauſam quā neſciebā diligētiſſime examinabā.Quar-
to inique iudicāt qui ꝓpter pecuniā ſententias ꝓferūt:cū
dicat Aug.Nō licet iudici vēdere iuſtū iudiciū.xj.q.iij.nō
licet.Ad hoc etiam facit & optime qđ habet̃.q.ea.q recte.
Vnde contra tales inuehit Mich̄ . ꝓpheta.iij.c.dicens.Iu-
dices eius in muneribꝰ iudicabāt &c.Et paulopoſt in pu-
nitionē talis criminis dr̃ Idcirco Siō quaſi ager arabitur.
Quinto inique iudicat q ex leuibus ſuſpicionibus nō ſuf
ficiētibus ꝓbationibus ſnīam ꝓfert:qđ faciēdū nō eē di-
cit Melchiades papa decēs. Primo ſemꝑ oīa diligenter in
quirite vt cū iuſtitia & claritate diffiniatis.Neminē ꝯdē-
netis ante verū & iuſtū iudicium:nullū iudicetis ſuſpicio
nis arbitrio. In cuius figurā & exēplū dñs cū audiſſet cla-
morē Sodomoꝝ de eoꝝ vitio noluit iudicare ſeu ꝓferre
ſententiā cū oīa ſciret niſi priꝰ oculis videret per angelos
ingrens vt patet Gen̄.xix.Sexto inique iudicat q ad iudi-
cādū nō zelo iuſtitię vł rōne.ſed paſſiōe mouet̃ odij:amo
ris:timoris:vel ambitionis.ſicut Iudæi ex odio:Pilatꝰ ex
timore iiuſto cōtra chriſtū ꝓceſſerūt. Vñ.j.Pet̃.ij.c.dicit̃.
tradebat autem iudicāti ſe iniuſte.Vñ Grego.dicit ꝙ qua
tuor modis ꝑuertit̃ hūanū iudiciū . Timore:dū metu po-
teſtatis alicuius loq ꝑtimeſcimus.Cupiditate:dū pręmio
animū alicuiꝰ corrūpimꝰ.Odio:dū cōtra quēlibet aduer-
ſariū molimur.Amore:dū amico vel ꝓpinquo p̄ſtare ali
quid intēdimus.xj.q.iij.quatuor.Septimo inique iudicat
qui exiſtēs in ſimilibꝰ pctīs vel grauioribus:& ꝑcipue no
torijs reos cōdēnat.Ad qđ facit qđ ait apl̃s Rom̄.ij.In quo
aliū iudicas teipm̄ cōdēnas.i.condemnabilem oſtendis.
Hoc em̄ aliū ſcādalizat ſm be. Tho.ij.ij.q.xxxiij.qa nō vi
det̃ facere ex iuſtitia:ſed ex ſupbia & oſtētatione.Vnde &
dñs de adultera dixit Ioan.viij.Qui ſine pctō eſt vr̄m pri-
mus i illā lapidē mittat. Nō tñ debet crimia dimittere im
punita:ſed ꝓponere emēdationē in ſe:& cū humilitate cō
dēnare:& nō peccabit . Hīc & Amb̄.ſup Beati imaculati.
ait.Iudicet ille de alterius errore q ñ habet qđ i ſeipo con-
dēnet.Iudicet ille qui nō agit eadē q̃ putauerit in alio pu-
nienda:ne cū aliū iudicat in ſe ferat ſnīam.Iudicet ille qui
ad ꝓnūtiādū nullo odio:nulla offenſione: nulla leuitate
ducat̃.Et infra.Diſcite iudices ſęculi quē in iudicando te-
nere debetis affectū ſobrietatē iquā & ſynceritatem.iij.q.
vij.iudicet.De ꝓceſſu autē iudiciario & de pluribꝰ pecca-
tis quę fiunt in iudicando habes.j.in.iij.parte.ti.ix.

Falſe iudicat q ꝯ æquitem.

Peruertitur iudicium

adde.ff. ad.l. aql.l. ita vulnerat9.

## §. II. QVANTVM AD SECVN-

dū pricipale acceptio ꝑſonarū repręhēditur:cū dicit.Faci
es pctoꝝ ſumitis.q.d.malefacitis ſumēdo facies pctoꝝ.Su
mere facies pctorū eſt reſpicere ad ꝑſonas potētes & diui-
tes & nobiles.qa cōiter ſunt pctōres . & ſic non ſm merita
cauſę:ſed intuitu potētiæ:diuitiarū:cōſanguinitatis:ami-
citię & hmōi. pro talibus iudicare qđ ꝑtinet ad acceptio-
nē ꝑſonaꝝ.Sed vt dr̃ ex̃ de reg.iur.li.vj. Accipere ꝑſonā i
iudicio nō ē bonū:immo ꝓhibitū dicēte dño.Vt magnū
ita & paruū audietis.Debēt em̄ iudices dñm oīm vt ſuprę
mū iudicē imitari. de quo ait Pet̃.apl̃s Act̃.x . In veritate
cōperi ꝙ nō eſt acceptor ꝑſonarū deus.Vł etiā qa facies ſi
gnificat ꝯſciētiā. ſm illud Threñ.iiij. Denigrata eſt ſuper
carbones facies eoꝝ.i. cōſciētia pctoꝝ turpis effecta ſordi
bus vitioꝝ.Sumere facies pctōrum in iudicio eſt iudicare
ſm cōſciētiā quā ſibi faciūt pctōres qui nō curāt agere cō
tra iuſtitiā dūmodo ſeruiant ꝯplaceāt amicis & diuitias &
gloriā cōſequātur.Refert Pet̃.de palu.in.iiij.ꝙ in Francia
dū quidā foderet in agro ſuo inuenit humanā linguā vi-
uā loquētē Et interrogatus qs eſſet. Rñdit fuiſſe linguam
hoīs Pagani q iudex fuerat a diu in paganiſmo mortuus
& ſepultꝰ:& qa nūq; dederat ſententiā iniquā:ideo deꝰ re-
ſeruauerat illā animā i illo mēbro ſuę linguæ quouſq; ba
ptiſmū reciperet. Vnde rogauit ꝙ ſignificaret hoc eꝑo lo
ci vt veniret ad baptizandū eū: & hoc eſſet ſignū ꝟitatis
prædictoꝝ ſi ipſa lingua baptizata ſubito i puluerē reuer
teret̃.Aduocat̃ itaq; eꝑs cū clero & populo.Et poſt locu-
tionē ipſiꝰ linguæ de pręditis corā oībꝰ baptizata ſubito
reſoluta eſt in puluerē.Vel etiā ſumere facies pctōrum eſt
iudicare de rebus ſm apparentiā prout faciūt pctōres:nō
ſm exiſtentiā & prout ſunt . Cōtra quos ait Saluator.No
lite iudicare ſm faciem.ſed iuſtū &c.Io.vij.

In iudicio ñ de bere ꝑſonam accipe.

Exēplū de iuſto iudice pagano.

## §. III. QVANTVM AD TERTI-

um.Mādatur iudicibus vt debeant ſubuenire pauperibus
& pupillis di . Iudicate egeno & pupillo.tales em̄ cōit̃ op
primūtur ab alijs.Vnde Iſido.in lib.ſen.Pauper dū nō ha
bet qđ offerat:nō ſolū nō auditur:ſed etiā cōtra iuſtitiam
opprimitur.xj.q.iij.Et per Eſa.dñs ait.Pupillo non iudi-
cāt:& cauſa viduę non ingredit̃ ad eos.Nō ſic egit Traia-
nus impator etſi Ethnicus:ſed cām viduæ ſibi q̃relam po
nētis de filio occiſo a filio ipſiꝰ imperatoris patiēter audi
uit:& iuſtiſſime iudicādo ſententiauit.Sic filiæ Salphaat
qnq; orphanæ in petitione ſua iuſte fuerūt a iudice Moy-
ſe populi Iſrael audite & exaudite. Sic ſanctus Iuo Britan
nus cauſas orphanorū & pupilloꝝ cōtra potētes efficaci-
ter defendebat.Et ſctūs Ludouicus rex Francorū ipſorum
grauamina diligentiſſime ſubleuabat.tenētur em̄ iudices
ad h̄ ex officio.De ipſis enim dr̃ . Veritas cum minime de
fenſatur opprimitur. Negligere quippe cū poſſis ꝑturba
re ꝑuerſos nihil aliud eſt q̃ fouere.Nec caret ſcrupulo ſo-
cietatis occulte q manifeſto facinori deſinit obuiare.diſt.
lxxxiij.error. Sed & Gratia.ꝓbat ꝙ viduis & orphanis te
nētur eꝑi auxiliū pręſtare:& cōtra improboꝝ violētias ꝓ
tectiōis patrociniū nō negare.diſt.lxxxvij.ꝑ totū . Vbi di

Egeno & pupillo in iudicio ſubueniēdū ē

Universidad del Rosario Archivo Histórico

cit glo. ꝙ viduis: pupillis libertis & oppreſſis tenet p̄latus patrociniū p̄ſtare. Et ſup. c. licet. diſt. ea. dicit gloſ. ꝙ pauperꝝ & oppreſſorꝝ cauſę & peregrinorꝝ ſpectāt ad eccleſiā. ex. de ver. ſign. ſup q̄buſdā. Spectāt etiā ad iudicium regis. vt. xxiij. q. v. regū eſt. Itē tutelā miſerabiliū perſonarꝝ pupillorꝝ: orphanorū: & viduarū: oēs pñt ſuſcipere clerici & monachi. vt dr̄ diſt. lxxxvj. c. peruenit. cū glo. Monachi tamen nō ſine licentia ſuorū ſuperiorꝝ. Dñs deus etiam ꝑmittit eas iuuare. Pſ̄. Viduam eius benedicēs benedicam &c. & Pſ̄. Orphano tu eris adiutor.

## §. IIII. NOTANDVM AVTEM

ꝙ ī iudicijs ꝯcurrūt q̄nq; gn̄a ꝑſonarū. ſ. iudex ad ſentētiā dum: actor ad accuſandū: reus ad reſpōdēdū: teſtis ad probādū: & aduocatus ſeu procurator ad defendēdū. & quēlibet horꝝ ex auaritia contigit perpetrare pc̄m̄: qđ cōmuni noīe iniuſtitia nūcupat. Vñ de ſingulis horꝝ videndū eſt.

*Iudex ī iuſtitiā ꝯmittit*

Et primo iudex cōmittit iniuſtitiā cū ꝓfert iniuſtā ſentētiā: & hoc pōt eſſe ꝑ certā ſciētiā: aut ꝑ ignorātiā: aut ꝑ negligētiā. Et cū hoc facit primo modo. ſ. aduertēter peccat mortaliter & multū grauiter: qa agit contra deū cuius officio fungit. Dr̄ enim. dei eſt iudiciū. & contra bonū cōe qđ cōſeruat & ꝓmouet ꝑ iuſtitię executionē: & cōtra charitatē & iuſtitiā erga illū ꝯtra quē profert ſn̄iam & grauius eſt rapina vnde tenet ei de omi intereſſe in caſu ꝙ ille ꝓ quo dedit ſn̄iam in quā nō vellet vel nō poſſet ſatiſfacere. Ratio eſt: qa occaſionē ſeu cauſam efficacē dedit dāno illiꝰ & q occaſionem dāni dat: dānū quoq; dediſſe videt. ex. de iniur. & dā. da. ſi culpa. Vñ gloſ. ſup. c. hoc ēt placuit. ij. q. vj. dicit: ꝙ ſi iudex ꝑ dolū vel gratiā: vel odiū vel ꝓ pecunia male iudicauit: punit in verā litis ęſtimationē: & infamis efficit. C. de pœ. iudi. q ma. iudi. l. ij. Et vltra reſtitutionem ſm leges multas alias pœnas ſuſtinere debet. Et q̄uis ī foro iudiciali non cogat ad reſtitutionē vel alias pœnas niſi ꝯuictus vel cōfeſſus: tamē ī foro pœnitētiali ſeu cōſciētię abſq; ꝯuictione tenet ad reſtitutionē oīs dāni læſo. vt dictū eſt ſm Ray. & Hoſti. & Vl. Et debet ei īponi pn̄ia tā q̄ ꝓ grauiſſimo crimine. xj. q. iij. c. quicūq;. Si aūt eēt talis iudex eccl̄iaſticꝰ incurreret ēt pœnā ſuſpēſionis ab executiōe officij ꝑ annū. De qua vide. ĵ. in. iij. pte. ti. ix. Si vero ꝑ

*ꝑ ignorantiā.*

ignorantiā iniuſte iudicat tūc aut ex ſe iudicat ſine aſſeſſore aut de conſilio aſſeſſoris. Et ſi primo mō. ſ. ex ſe & ignorātia illa ē craſſa & ſupina: qa nec ꝑ ſe ſciebat qđ cōiter debebat ſcire: nec ab alijs curauit īueſtigare. tunc ſm Ray. & Vl. & gloſ. Io. ſm leges tenet læſo inquātū bonū & ęquū videbit religioni iudicātis. C. de va. & extraor. cog. l. fi. In iudicio aūt aię credo inquit Ray. ꝙ teneat ad reſtitutionē vt in primo caſu. Rō huius eſt: qa in culpa fuit cum ſciuit vel ſcire debuit ſe īſufficiētē: & tn̄ iudicare p̄ſumpſerit. ex. de iniur. & dā. da. ſi culpa. Si aūt fuiſſet ignorātia ꝓbabilis in eo: vt qa facta debita diligētia ad inueſtigādū a peritis de cōſilio eorꝝ tulit iniuſtā ſentētiā ꝓ iuſta: ſiue ſciēter male & iniuſte cōſulētibus: ſiue qa erat materia variarum opi. & illi ſm ſuā opi. quā rectā putabāt cōſuluerūt excuſatus eſt iudex p̄cipue delegatus ſm Vl. & etiā vt videt ordinariꝰ nil omittēdo de cōtingētibꝰ ad inueſtigandū veritatē rei. Si ꝟo iudex hoc fecerit de cōſilio aſſeſſoris q aſſe-

*Cōſilio aſſeſſorum.*

rebat talē ſn̄iam iuſtā excuſat: qa ī eo ē ignorātia probabilis q̄ excuſat. ar. di. xxxvij. §. fi. Dant em̄ aſſeſſores iudicibus ꝓpter ſcientiā eorꝝ & cōſulāt ignorātibus iura. Q̄uis em̄ nō poſſit eſſe iudex eccleſiaſticꝰ niſi habeat mediocrē ſaltē ſciētiā. vt ex. de elec. cū nobis. & di. xx. c. j. ī glo. Tamē in ſęculari iudicio ſi habet cōſuetudinem cauſarū ſiue peritiā iudicādi pōt cōmitti cauſa iura ignorāti: & pōt eē ordinariꝰ. C. de iudi. l. certi iuris. vbi dr̄ ꝙ milites pñt eſſe iudices. De iudice etiā delegato dicit Vl. ꝙ ſepe eſt ignarus iuris: qđ etiā nouit delegans: ſed rōne bonitatis delegat ſibi cauſam: & talis ſi tulit iiuſtā ſentētiā bona fide & cōſilio peritorū: non tenet ad ſatiſfactionē. Et idem videt dicendū de arbitris quo ad ſn̄ias īiuſtas. Si vero tulit iudex

*Per negligentiam.*

iniquā ſn̄iam ſiue ordinariꝰ ſiue delegatꝰ ſiue arbiter qa. ſ. & ſi erat ſciēs tn̄ neglexit reuoluere libros & ſtudere materiam vel ſi neſciebat per ſe neglexit quęrere cōſilia peritorū: etiā ſi eſſet delegatus non excuſaret ab obligatione reſtitutionis parti læſę ꝑ ſuā iniquā ſentētiā: etiā ſi credebat iuſtā fore ſm Ray. & Vl. Itē ſi fuit negligēs iudex ad aſſumēdū idoneā aſſeſſorē: qa elegit ignorātē: aut hoiem male ꝯſciētię ſm cōem opi. ſiue hoc fecerit ex auaritia vt minus expēderet ī ſalario dādo ſiue ex amicitia vt ſuiret amico ꝓ illo rogāti: ſiue ex icuria vel alia cauſa: nō excuſaret iudicis a reſtitutione: qa in culpa fuit. ex. de īiur. & dā. da. ſi culpa. q̄liseſſe

aſſeſſor Si aūt aſſumpſit q cōiter tenebat bonus & ſufficiens: vel debeat. dat ſibi a ſuperiore ita ꝙ de eius cōſilio habet iudicare tūc excuſat iudex a pc̄ō: & reſtitutione ferendo iniquam ſentētiā quā credebat iuſtā ex cōſilio aſſeſſoris ipſiꝰ. Sed ipſe aſſeſſor tenet īſolidū parti lęſę cōſulēdo ſeu oſtēdēdo ſentētiā fore iuſtā: ſi hoc facit mala fide & cōtra ꝯſcientiā vel etiā bona fide: ſed ex craſſa ignorātia aut negligētia. ff. qđ quiſq; iur. l. ij. & hoc ſm Ray. & Hoſt. & Vl. Itē no. ꝙ iudices ſeu officiales iudicantes ī cauſis vſurarū: vt Florentiæ officiales mercātię ſi per ſuā ſentētiam cogūt ad ſoluendū aliquas vſuras: vel nō ad repetendum ſolutas peccāt mortaliter & tenentur ad reſtitutionem: qa p̄ſtāt cauſam efficacē dāni. ex. de īiur. & dā. da. ſi culpa. Et ſi hoc facerent ex ſtatuto vel conſuetudine tales officiales ſunt excōitati. vt in cle. ex graui. de vſur. Itē iudex ſi accipit pecuniā vt iudicet: ſiue vt non iudicet: ſiue vt iudicet male: ſiue vt iudicet bene: peccat mortaliter cum teneat gratis officium ſuum exercere. argu. xiiij. q. v. non ſane. Pecuniā autem illā retinere nō poteſt. Sed q̄ debeat facere de tali pecunia habes. ĵ. ī. iij. par. tit. ix. Vbi etiam habes vtrum poſſit pœnas debitas reo relaxare vel augere: vel minuere.

## §. V. ACTOR SIVE ACCVSA-

tor reqrit ī iudicio: qa vt dicit Am̄b. Iudicis nō eſt ſine accuſatore damnare. ij. q. j. de manifeſta. Et hoc niſi crimē ſit notoriū. Euidētia em̄ patrati ſceleris clamore non indiget accuſatoris. ij. q. j. de manifeſta. Fama enim publica eū accuſat. Sed qa is q vocat aliquē ad iudiciū q̄relā ponit aliquando de cauſa criminali ſeu crimine: aliq̄n de ciuili ſeu de rebus tpalibꝰ. In criminali dr̄ accuſator ī ciuili conſueuit dici actor: q̄uis etiam ī criminali etiā actor dicat. Tri-

*Actor peccat calumnioſe agēdo.*

pliciter aūt contigit talē peccare. Primo calūnioſe agēdo. ſ. īponendo alicui falſum crimen ex malitia vel petendo aliqua bona tamq; ſibi debita q̄ nouit per ſe vel ex ꝯſilio peritorꝝ ſibi nō debere: & talis ī vtroq; caſu peccat mortaliter agēs cōtra charitatē ꝓximi: & contra iuſtitiā: & piurus eſt cōiter & de omni dāno inde ſecuto tenet lęſo mō ſibi poſſibili. ex. de iniur. & dā. da. ſi culpa. & xiiij. q. v. nō ſane. ī fi. & q. vj. ſi res. qa ſi dānificat ī bonis tpalibꝰ illa debet reſtituere. Si ī fama vel ꝑſona: qa accuſatꝰ de crimine īiuſte & conuictus falſo infamat de facto & occidit vel mutilat: vel al's lędit ī ꝑſona: debet ſibi ſatiſfacere prout pōt ad arbitriū boni viri nō tn̄ tenet ſe manifeſtare poſt factū ſi īde ſibi periculū vitæ immineret. Sed ſi eſt in progreſſu cauſę: debet dimittere & non proſequi. Scđo peccat actor

*Inordinate deſiſtēdo.*

inordinate deſiſtēdo a ꝓſecutione cauſæ inchoatę. ſ. prævaricādo. i. aliā partē videlicet accuſatū adiuuādo colludēdo cū eo diſſimulādo vel non īducēdo legitimas ꝓbationes quas habet ꝯtra reū: & acceptando falſas excuſationes rei quod habet locum ī criminibꝰ: aut etiā ex toto deſiſtit a ꝓſecutiōe cauſę ſine debito ordine iuris qđ dr̄ tergiuerſari. Et hoc facit corruptꝰ pecunia a reo & amicis eius: aut præcibꝰ eorū īductus: & tunc peccat mortaliter: qa facit ꝯ rēpublicā cuius bonū ꝓcurat per punitionē criminū qđ ille īpedit ſm btm̄ Tho. ij. ij. q. lviij. In cauſa autē ciuili ſeu vbi agit de temporalibus: quia ibi nō ītēdit niſi īdēnitas actoris ſeu acq̄ſitio iuris ipſius actoris & q̄libet renūtiari pōt iuri ſuo. vij. q. j. q̄ periculoſum. Iō abſq; pc̄ō pōt deſi-

*Indebite proſequēdo.*

ſtere a ꝓſecutione cauſę ſuę ſiue concordādo cū eo: ſiue ad euitandū expēſas & grauamina litigiorꝝ. Tertio mō actor offendit cū & ſi habeat iuſtā cauſam criminalē ſiue ciuilē per īdebita media cauſam proſequit vtendo mendacijs ī iudicio vel falſis īſtrumentis & teſtibus & probationibꝰ alijs ne amittat iuſtā cauſam: qđ etiā mortale eſt ſm btm̄ Tho. ij. ij. q. lxviij. vñ nullo modo licet. xxij. q. ij. faciat. Verum ſi īde obtinet victoriā cauſę ex quo certꝰ eſt de ſua iuſtitia cauſę non tenet ad ſatiſfactionē alteri parti: nec etiā

*Sententię iniuſtę q̄n ritandę*

ī expenſis placiti cū ille īiuſte vexauerit eū. Si autē actor ī cauſa ciuili æſtimat ſe ius habere: qa & ſic ſibi dr̄ ab aduocatis & peritis vel etiā dubitat de iure ſuo: nec in proceſſu cauſę cognoſcit cōtrariū: etiā ſi cauſam haberet iniuſtam nō peccat placitādo: q̄uis melius faceret concordādo vel dimittēdo. Nemini em̄ facit īiuriam q vtit iure ſuo. dicit lex. Et



lex. Et ſi obtinet victoriā cauſę nō tenet ſatiſfacere dū hoc ignorat: qa ꝓbabilis ignorātia excuſat eū diſt. xxvij. §. fi. Sed ſi poſtea certificat de errore ſuo: tūc tenet ad reſtitutionē illorū bonorū: & hoc niſi iā bona fide p̄ſcripſerit ex. de p̄ſcrip. ꝑ totū. In cauſa aūt criminali niſi ſit bn̄ certꝰ de crimīe: & poſſet legitime ꝓbare nō excuſaretur a pc̄ō mortali accuſādo: qa exponit ſe ꝑiculo magno ſui vł ꝓximi ſine cauſa ſufficienti. Itē no. ſm Antoñ. de butri. ſup. c. qa plerīq;. ꝙ cū q̄s ſiue actor ſiue reus aliqua tenet ex iniuſta ſn̄ia data ꝓ eo a iudice: q̄uis lex poſitiua ei aſſiſtat: tamē qa lex naturalis reſiſtit: qa nō debet q̄s locupletari cū aliena iactura vł dāno. de reg. iu. lib. vj. locupletariꝰ. Iō tenet talis reſtituere ſic habita: etiā ſi nō ꝓcuratiōe ipſiꝰ obtinētis cām: ſed ſola iudicis ignorātia obtinuiſſet & ille q ſuccūbit nō appellaſſet: q̄ſi videat ille acq̄euiſſe ex quo a ſn̄ia nō appellauit lęſus: qa talis nō eſt verꝰ: ſed p̄ſumptus cōſenſus. vt no. de ſen. & re iudi. qđ nō ſufficit ī foro ꝯſciētię. Hęc ille. Qđ intelligendū videt q̄n talis ſufficiēter nouit ſn̄iam iniuſtā fuiſſe datā pro ſe: ſiue tūc: ſiue poſtea.

## §. VI. REVS CONCVRRIT IN

*Reꝰ peccat falſum dicendo.*

iudicio. Dicit em̄ reꝰ is q accuſat ſeu impetit ſup aliqua re ſiue iuſte ſiue iniuſte. Et talis tripliciter poteſt peccare & mortaliter. Primo dicēdo falſitatē vel tacēdo veritatē: vt cū iudex exquirit ab eo veritatē ſm ordinem iuris: ſiue in cauſa ciuili. ſ. cū agit de aliqua re tēporali: vt cū īterrogatur ſi pecuniā mutuo accepit ab actore: vł ſi non reſtituit mutuatā ſciens ſe accepiſſe hoc negat: vel reſtitutā aſſerit: vel etiā ī cauſa criminali cū accuſat & ſunt ſemiprobationes: vł cū infamia exorta erga aliquē fit inq̄ſitio ſup hoc etiā in caſu mortis negat ſe cōmiſiſſe maleficiū perpetratū peccat mortaliter talis. Et ratio eſt ſm btm̄ Tho. ij. ij. q. lxix. qa facit ꝯtra debitū iuſtitię: & hoc eſt mortale. Pertinet aūt ad debitū iuſtitię vt q̄s obediat ſuo ſuperiori ī his ad quę ius ſuę p̄lationis ſe extēdit. Superior autem eſt iudex reſpectu eius q iudicat: & ideo ex debito tenet accuſatꝰ iudici exponere veritatē quā ab eo ſm formā iuris exigit. hęc Tho. Si aūt non eſſet legitimus iudex: puta qa habet dn̄iū vſurpatū cū nō ſit ſuperior eius: nō videt facere cōtra iuſtitiā ſi nō obediat ei in dicēdo veritatē: peccat tamē in dicēdo mēdaciū: & mortaliter ſi peieraret vel nocumētū notabile ꝓximo inferret. Similiter etiā ſi eſſet legitimꝰ iudex & nō inq̄reret ſm formā iuris: puta qa impetitꝰ de debito pecunię ſine aliqua īfamia exorta vł occaſiōe inq̄rit ab eo de homicidio vel furto: tūc nō tenet rn̄dere: ſed pōt ꝑ appellationē vel aliter ſubterfugere iudiciū eiꝰ: nō tn̄ debet mēdaciū dicere ſm Tho. Accuſatꝰ aūt vł īq̄ſitus iuridice de vno maleficio & cōuictus pōt īquiri & de alijs: & tenet veritatē dicere ſm Pet. de palu. in. iiij. Secūdo

*Calumnioſe ſe defēdēdo.*

reus pōt peccare mortaliter calūnioſe ſe defendēdo: nam iſto mō etiā ſi haberet iuſtā cauſam peieraret: qđ ſemꝑ ē mortale. nā ī cauſa etiam criminali iuramētū de calūnia p̄ſtādū eſt. ex. de iura. calū. c. inhęrētes. Pro cuiꝰ declaratione dicit beatus Tho. ij. ij. q. lxix. ꝙ aliud eſt veritatē tacere

*Veritatē licet tacere ſed nō falſitatē ꝓponere.*

aliud eſt falſitatē ꝓponere. Horꝝ primū in aliq̄ caſu licet. Nō em̄ q̄s tenet oēm ꝟitatē dicere: ſed illā quā ab eo pōt & debet exigere iudex ſm iuris ordinē: puta cū p̄ceſſit īfamia ſup aliq̄ crīe vł aliq̄ indicia apparuerūt: vel cum p̄ceſſit ꝓbatio ſemiplena. Scđm aūt. ſ. falſitatē proponere nullo modo licet. Ad id aūt qđ licitū ē pōt q̄s procedere vel per vias licitas & fini intēto accōmodas: qđ ꝑtinet ad prudētiā: vel per vias illicitas & ꝓpoſito fini congruas: qđ ꝑtinet ad aſtutiā quæ exercetur ꝑ fraudē & dolū. & primū q̄dē laudabile: ſcđm vero vitioſum. Reo igit licet ſe defendere occultando veritatē quā cōfiteri nō tenet ꝑ aliquos cōuenictes modos puta ꝙ nō reſpondeat ad quę reſpōdere nō tenet: & hoc nō eſt calūnioſe ſe defendere: ſed prudēter euadere. Nō aūt licet vel falſitatē dicere vel veritatē tacere quā dicere tenet: nec aliquā fraudem adhibere:

*Fraus & dolus hn̄t vī mendacij.*

qa fraus & dolus vim habēt mēdacij qđ eſt calūnioſe ſe defendere. Hæc Tho. Quantūcūq; ergo quis haberet iuſtam cām ſed qa nō habet ꝓbatiōes ſufficiētes amitteret in notabile detrimētū ſubſtātię vel ꝑſonę: non ꝓpterea licet ſibi dicere mēdaciū: vel īducere falſum teſtē: vł falſū īſtrumētū: vel aliq̄d hmōi: al's nō excuſaret a mortali. Tertio peccat reus ꝑ appellationē iniuſtā: videlicet cū q̄s appellat a ſn̄ia cā afferēdę moræ: ne ꝯtra eū iuſta ſn̄ia ferat: peccat mortaliter: qa hoc eſt calūnioſe ſe defendere. Talis em̄ agit cōtra iuſtitiā: qa officiū iudicis īpedit vñ ei iniuriā facit: & etiā aduerſario ſuo: cuius iuſtitiā inquātū pōt ꝑturbat: & ideo ſicut dr̄. ij. q. vj. oīno. Oīno puniēdus eſt cuiꝰ īiuſta appellatio ꝓnūtiat: & tenet etiā ad ſatiſfaciendū de dānis & expēſis. Secus ſi appellat ex cōfidētia iuſtę cauſę: qa. ſ. credit ſe habere iuſtā cauſam. Hæc btūs Tho. vbi. ſ̄. Itē cōdēnato ad mortē ſi iuſte hoc fit non licet ei ſe defendere per violētiā & huiuſmodi: al's eſſet mortale. nō tamē tenetur facere vnde ſequatur ei mors: puta manere in loco carceris ſi inuenit apertum: vel non comedere cōdemnato ad mortē per famen ſi cibus ei occulte offeratur. Sed condemnato iniuſte ad mortem licet reſiſtere condemnāti iudici ſicut & latronibus & defendere: niſi forte propter ſcandalum vitandum cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur: Hæc beatus Tho. ij. ij. q. lxix. arti. iiij.

## §. VII. INDVCITVR ETIAM

*Peccat falſitatē dicēdo.*

teſtis ī iudicio: & tripł'r pōt peccare. Primo dicēdo falſitatē ſciēter: & talis peccat mortalit ſm btm̄ Tho. ij. ij. q. lxx. tū qa facit cōtra iuſtitiā lędēs bonū cōe vel ꝓximū. tū qa facit ꝯ octauū p̄ceptū expreſſe quo dr̄. Nō loqueris contra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Exođ. xx. tū qa ꝑiurat. Nā teſtis iurat: al's non crederet ſibi quātecūq; religionis ſit. ex. eo. nuper. Et iurare debet ſm Ray. & Hoſtiē. ꝙ dicet totā veritatē quam nouit de re illa. iij. q. ix. hortamur. & ꝙ nō admiſcebit falſum: nec aliquid de ſuo adijciet. iij. q. ix. pura. Itē de quorūdā cōſuetudine additur & bene ꝙ nulli pandet teſtimoniū. iiij. q. iij. §. item in criminali. Pōt tn̄ remitti iuramētū de cōſenſu partiū. ex. eo. tuis. niſi in cā matrimoniali. Teſtificando inſuper falſum aduertēter tenetur ad reſtitutionē oīm q̄ exinde ꝓximus amiſit ꝓpter eiꝰ teſtimoniū. xiiij. q. vj. ſi res. & ij. q. j. notū. Secundo peccat

*Dubiū certū aſſerēdo.*

in teſtificādo cū id qđ eſt ſibi dubiū aſſerit ſibi certū: & talis peccat mortaliter: qa exponit ſe periculo pc̄ti: & dānificatiōis alteriꝰ: cū poſſit ꝯriū eē eiꝰ qđ dicit: & etiā peierat cū iurat ſe ſcire illud qđ neſcit. Nā nō admitteret eiꝰ teſtimoniū ſi nō diceret ſe ſcire: quinimmo ſolent teſtes interrogari: vñ & quō ſciāt. Et ſi interrogati de cauſa ſciētię nō dicant non valet teſtimoniū. iiij. q. iij. §. item ſolā. & ī auť. de teſti. §. & licet dudū. & tenētur ad reſtitutionē ſi inde ꝓximus iniuſte dānificaret. Debet ergo hō inferendo teſtimoniū ſm beatū Tho. ij. ij. q. lxx. id de quo eſt certus ꝓ certo aſſerere: & id de quo eſt dubius ſub dubio ꝓferre. Verꝝ qa ex labilitate humanę memorię contingit ꝙ q̄s reputat ſe q̄nq; certū de eo qđ falſum eſt: iō ſi q̄s cū debita ſolicitudine recogitās ęſtimat ſe eſſe certū de eo qđ falſum eſt n̄ peccat mortaliter hoc aſſerēs: qa non dicit falſum teſtimoniū ꝑ ſe & intētione: ſed ꝑ accidēs contra id qđ intendit. Hęc Tho. Sed nec tenet ad reſtitutionē dānū paſſo. argu. xxiij. q. v. de occidēdis. Nō aūt excuſaret a pc̄ō ſi ex impmeditatione & negligentia: etſi nō ex malitia diceret falſum: nec etiā vt videt ob reſtitutionē ſi inde ꝓximꝰ dānū incurreret. ex. de iniur. & dā. da. ſi culpa. Tertio pc̄m̄ com-

*Pecuniam accipiendo*

mittitur & mortale cū pecunia accipitur ꝓ teſtimonio ferēdo etiā ſi pro teſtimonio veritatis. Et ratio huius eſt: qa expreſſe facit cōtra iura cū hoc prohibeāt & valde iuſte ad vitādū corruptionē veritatis propter pecuniā. vnde dicit Augu. ꝙ nō licet teſti vēdere verꝝ teſtimoniū. xiiij. q. v. nō ſane. Et multo magis peccat cū accepit teſtis pecuniam ad falſitatē dicēdā vel occultandā veritatē. Pōt tn̄ teſtis accipere expenſas tm̄ ab eo qui eum producit: puta ſi ex teſtimonio ferēdo dietā facit: vł etiā operā ſuā & lucrū dimittit & hmōi. iiij. q. iij. §. vēturis. Accipiendo aūt pecuniā ꝓ teſtimonio reſtituat ei a quo accepit: niſi ille dediſſet ad corrūpendū teſtem: nam tunc ei debet dari in cuius iniuriam accepit: vel pauperibus erogari. Quarto peccatur in

*Teſtimoniū omittēdo.*

omiſſione teſtimonij cum ferri debet ī vtilitatē proximi. Pro cuius declaratione diſtinguēdum eſt ſm btm̄ Tho. ij. ij. q. lxx. Nā teſtimoniū ſup aliqua re quā q̄s nouit: aut ab eo requiritur aut nō requiritur. Si requiritur: tunc ſubdiſtinguēdum: qa aut requiritur autoritate ſui ſuperioris cū ei teneatur obedire: aut non autoritate ſui ſuperioris. Et ſi primo mō. i. autoritate ſui ſuperioris cū ei teneatur obedire in his q̄ pertinēt ad iuſtitiā: tunc ſine dubio tenet ferre teſtimoniū in his dūtaxat in quibꝰ exigitur ab eo teſtimoniū ſm ordinē iuris: puta in manifeſtis: & de quibꝰ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

prçceſſit infamia.Et in hmōi omittendo teſtimoniū ferre
peccaret:qa cōtra obediētiā ageret & cōtra charitatē non
iuuando proximū vl' bonū cū debet.Sed ſi exigatur teſti-
moniū ab eo i non manifeſtis & de quibus non prçceſſit
infamia:non tenetur ferre teſtimoniū.Si autem requira-
tur teſtimoniū eius nō autoritate ſuperioris : tūc ad libe-
randū hominē ab iniuſta morte ſeu quacūq; pœna vl' fal
ſa infamia vel aliquo dāno tenetur nihilominus ferre te-
ſtimoniū . Ad qd' facit dictū Ps̄.Eripite pauperem & ege
num de manu pctōris liberate.Et illud Innoc. Negligere
cū poſſis perturbare ꝑuerſos:nihil aliud eſt q̄ fouere:nec
caret ſcrupulo ſocietatis occultç q manifeſto crimini deſi
Peccatū ꝯſentientiū.
nit obuiare.lxxxiij.diſt.error.Si non requiritur ſuper hoc
& inde videt ſequi iniuſtitiā & dānū proximo notabile:i
perſona:fama: vel ſubſtātia:tenet facere qd' in ſe eſt vt ve
ritatē denuntiet ei qui pōt ad hoc ꝓdeſſe.iuxta illud Pro-
uerb.xxiiij.Erue eos qui ducuntur ad mortē. Et Roma.j.
Digni ſunt morte nō ſolū qui faciūt: ſed etiā qui ꝯſentiūt
faciētibus.&.xxiij.q.iij.oſtēdit.cū pluribus alijs cap.Et in
prçdicto caſu ſm Ray.de dāno etiā ſacerdotes & alij cleri-
ci & religioſi tenentur.xxiij.q.ij.q̄q̄.niſi ſit talis cauſa in
qua nō liceat eis ferre teſtimoniū : vt in cauſa ſanguinis.
Idē Vl.Sup his aūt quç ad cōdēnationem alicui9 ꝑtinent
nō tene. ſm Tho. homo ad teſtificādū niſi cū a ſuperiore
cōpellat ſm ordinē iuris : qa ſi circa hoc veritas occultat
nulli ex hoc ſpeciale dānū naſcit: & ſi imineat periculū ac
cuſatori nō eſt curādū: qa ipſe ſe in hoc periculū ſpōte iie
cit. Alia autē rō eſt de reo cui periculū imminet eo nolēte
Guil.etiā dicit ꝙ in odioſis exceptionibus vl' criminibus
de ſecretis commiſſis.
nō ꝯſueuerūt teſtes cōpelli nō poſſe:licet qñq; ꝯpellāt:vt
in iquiſitionib9.De his vo q̄ i ſecreto cōmiſſa ſunt alicui
vtrū debeat qs teſtificari etiā reqſitus.Dicit btūs Tho ij.
ij.q.lxx. ꝙ ſi qs h' habet i ſecreto ꝑ ꝯfeſſionē.ſ.auditā nul-
lo modo pōt teſtificari: qa nō ſcit hoc vt homo:& maius
eſt vinculū ſacramēti q̄ ꝑceptū hoīs. Sed ſi extra cōfeſſio
nē ei cōmiſſa ſunt ſub ſecreto diſtinguēdū:qa ſi ſunt talia
quç ſtatim cum veniūt ad notitiā hoīs debēt manifeſtari
puta ſi ꝑtinēt ad corruptionē multitudinis corporalē vel
ſpūalē vel graue dānū alicui9 ꝑſonç: vel ſi qd aliud ē qd'
ꝓpalare tenet:debet manifeſtare teſtificando vel manife
ſtādo vel denūciando:qa cōtra hoc debitum nō pōt obli
gari ꝑ ſecreti cōmiſſum.iuxta illud.In malis promiſſis re
ſcinde fidē.xxij.q.iiij.in malis. Si autem ſunt talia q̄ quis
prodere nō tenet.Vnde poteſt ex hoc obligari ꝙ ſibi ſub
ſecreto committunt:& tūc nullo modo tenetur ea prode-
re etiam ex præcepto ſuperioris teſtificando. Et ratio eſt:
quia ſeruare ſecretum eſt de iure naturali: nec pōt homi-
ni ꝑcipi contra illud qd' eſt de iure naturali.

## §. VIII. ADVOCATVS PROCV-

Si defēdit cām iniuſtā
rator & iuriſcōſultus peccare poſſunt multipliciter.Et pri
mo aduocat9 ſi ſciēter defendit cauſam quā nouit iiuſtā.
ſm be. Tho.ij.ij.q.lxxj.peccat grauiter.i.mortaliter.Et ra-
tio eſt:qa illicitū eſt cooperari alicui ad malū faciendū cō
ſulēdo:adiuuādo vel aliter cōſentiēdo. Vñ dr Rom.j.Di-
gni ſunt morte non ſolum q faciūt ſed etiā qui cōſentiūt
facientibus.Silr etiā cū a principio cauſç credit iuſtā & in
ꝓceſſu videat eā iniuſtā peccat grauiter defendendo eam
non tñ debet eam ꝓdere vt.ſ.iuuet aliā partem vel ſecreta
ſuæ cauſæ alteri parti reuelet:qa male faceret & cōtra fide
litatē.Sed debet eā deſerere dicēdo cliētulo ꝙ non habet
iuſtitiā:vel eū ad cedendū inducere vel ad cōponendū cū
aduerſario ſine ſui tñ damno.Et tenet talis ad omne dānū
qd' altera pars ex ei9 auxilio icurrit.Hçc Tho.Idē Rayn.&
allegat.l.rem C.de iudi.Et idē ſtatuit Greg.x. De reſtitu-
tione videt intelligendum in caſu in quo cliētul9 ſuus q
obtinuit victoriā cauſç nō vellet vel nō poſſet reſtituere.
Nā & ille cū reperit vtilitatē cauſç iniuſte ꝑicipaliter te-
net cū hoc nouit. Sed ſi ignoraret puta qa aduocatus vel
periti dicunt eū ius habere videt excuſari cū laborat hac
ignorātia.diſ.xxxvij.§.fi.Inſup ſi dixerit cliētulo iuſtā eū
habere cauſam quā nouit iiuſtam ſi cauſam ꝑdit tenet ei
de expenſis factis ſibi & alijs i litigādo.ſecus autem ſi ipē
Ignorās vel negligens.
cliētulus cognoſcens iniuſtā cauſam voluit eā defendere.
ex̄ de iniu.& dā.da.ſi culpa.Scd'o peccat aduocatus in de-
fendendo cauſas cū eſt ignorās vel negligens.Nā ſi aſſu-
mit iuſtā cauſam & ex ignorātia notabili vel negligētia
ſua:qa nō laborat i reuoluendo libros vt inueniat verita
tē & cliētulus amittit cauſam:peccat mortaliter. Et ratio
eſt:qa notabiliter nocet ꝓximo cū poſſit & debeat iuuare
nec debuit ſe ponere ad aliud officiū vel ad actum ad qd'
non erat idoneus.ex̄ de iniu.& dā.da.ſi culpa.Et tenet ad
reſtitutionē dāni inde ſecuti cliētulo ſuo ſm Ray.&Hoſt.
Si vero defendit cauſam iiuſtā quā credit iuſtam ex igno
rātia notabili vtiq; peccat mortaliter.Et ratio eſt:qa expo
nit ſe periculo grauis dāni ꝓximi.vñ & ꝑiculo pcti mor-
talis.Et ſi obtineret victoriā cauſæ teneret ad ſatiſfacien-
dū parti læſæ.Tertio peccat mortaliter aduocatus ſi alle-
gat falſa contra cōſcientiā vel inſtruit falſum teſtē vel idu
cit clientulū ſuū ad negandum veritatē etiā ſi defenderet
iuſtā cauſam:& aliter obtinere nō poſſet victoriā.Et rō ē
qa ſm apl'm Ro.iij. Non ſunt facienda mala vt inde eue-
niāt bona:nec vti licet indebitis medijs vt veniat ad bo-
Si allegat falſa.
nū finē.Ad reſtitutionē aūt nō videt teneri.Sed ſi abſtu-
lit bonā cauſam & iuſtā aduerſario ꝑ dictos modos vel ꝑ
cauillationē ſuā vel ipm grauauit in petēdo dilatiōes ſu
perfluas vel faciēdo poſitionē duplicē vel cauilloſam:te
net talis in ſolidū ad verū intereſſe.i omē dānū ſm Hoſt.
Greg.x.etiā ſtatuit in ſupradicta cōſtitutione . ꝙ id quod
aduocatus recipit iniqua aduocatione vel cōſilio:tenetur
duplū reſtituere : & nihilomin9 de dānis tenet ſatiſfacere
lçſis.Et idē ſtatuit de ꝓcuratore. Et iuriſconſultus in dan
do conſiliū ſcienter in cauſa quā nouit iiuſtā ſi operat vi
ctoriā cauſç illud conſiliū:ſilr ad oia dāna.Non aūt ſi cre
dit iuſtam & habet cauſam credēdi.ex̄ de reg.iur . Nullus
ex conſilio tenet niſi fuerit fraudulentū.in.vj.Si aūt cau-
aduocatus recipiēs aliquid ex malo ꝯſilio tenet ad duplū.
ſa eſt dubia vtrū.ſ.contineat iuſtitiā necne dum ſibi rema
net dubia vſq; ad diffinitionē cauſæ licet aduocato ꝓcu-
ratori & iuriſconſulto iuuare.ſm bea. Tho.vbi.s̄.&Guil'.
Quarto peccat ab aduocatis & ꝓcuratorib9 & iuriſconſul
tis circa receptionē immoderatā ſalarij vel indebito mo-
do ſm bea. Tho . Quāuis em̄ licite poſſint petere ſalariū
vt mercedē ſui laboris. Vñ & Aug.dicit.ꝙ licet aduocato
vēdere iuſtū patrociniū & iuriſperito verū conſiliū.iiij.
q.v.nō ſane.nō tamen debēt petere immoderatū. Atten-
In imoderata ſalarij acceptione.
ditur autē moderamen ſalarij ſm Ray. circa quatuor.Pri-
mo ſm quātitatem cauſç. Secundo ſm laborē aduocatio-
nis. Tertio ſm ſcientiā & facundiam aduocantis. Quarto
ſm conſuetudinē regionis. Secundū horum conſideratio
nē poteſt maius & min9 taxari ſalariū:vt.ij.q.vij.§.apud
vrbem.&ar.xij.q.ij. cōceſſo.&.c.vulteranç.& ex̄ de prçbē.
de mulcta.Cōcor. Tho.& Vlri. Vñ in hoc nō pōt dari cer
ta regl'a de quātitate ſalarij . Et ſubdit Ray.ꝙ ex quo cau-
Moderatio ſalarij taxatur.
ſa eſt incepta nullū debet facere pactū cū litigatore quem
i propriā recepit fidē: qa poſſet eſſe occaſio magni pericu
li.iij.q.vij.§.prçterea.qa ſm gloſ.quādo videret cauſam i
periculo tunc cogeret cliētulum ſuū inire pactū cū eo da-
re ſibi ſalariū ad libitum. Idē Vlri.Petere ergo poteſt ſa-
lariū moderatū ab initio litis vel poſt factū. Et ſi a princi
pio nō eſt factū pactū determinatū ſalarij pōt ſm Hoſtiē.
aduocatus cogere clientulū per iudicis officiū ad dandū
debitū . Dicit etiā Hoſti .ꝙ non licet paciſci de certa parte
litis.ſ.quota:puta decima vel cēteſima:al's debet ei inter-
dici forus.i.exercitiū aduocandi.C.de poſtu.l.ſi qui aduo
catorū.Sed de quāta licet paciſci.i.certa quantitate pecu-
niç dūmodo non excedat debitū. Qd' dicit Augu.ꝙ licet
vēdere rectū conſiliū vt ſupra dictum eſt itelligit Ray.&
Vlri.quādo laborat i voluēdo libros & ſtudēdo & diſpu
tādo forte cū alijs peritis. Al's ſi ſine labore poſſet reſpon
dere credunt ꝙ nil debeat recipere ſed gratis reſpondere.
Sed Hoſti.reſtringit hāc ſniam quādo petēs cōſilium eſt
pauper.Nā ſi eſt diues pōt petere ſalariū.ar.xiiij.q.v.non
ſane.Si em̄ non laborat tūc laborauit in prçterito ſtuden
do & diſcēdo.Idem aduocātes vel procurātes ſcienter in
cauſa vſuraria peccāt mortaliter.Et ſi ex eorū aduocatio-
ne vel procuratione qs ſententiat ad ſoluendū vſuras vi-
dent teneri ad reſtitutionem.ex̄ de iniur.& dā.da.ſi culpa
Poſſunt etiā peccare in modo aduocādi cum.ſ.dicunt op-
aduocātes i cauſa vſuraria peccāt mortaliter.
probria & deriſiones & hmōi quç prohibent:vt.v.q.iiij.i
loco.&.iij.qō.vij.infames.§.ſi qs adeo procax. Sed de hoc
& pluribus alijs habetur.j.in.iij.parl.titu. vj. Et quomo.
debent aduocare pro pauperibus.j.eod'.titul.ca.de inhu-
manitate .

¶De acceptione ꝑſonarum. Ca.X X.

Quia in



## QVIA IN IVDICIIS DE

qb9 tractatū eſt ſupra reperitur frequēter vitiū
acceptionis perſonarum: qd' notauit Ps̄.in eo
qd' iductū eſt ſupra in autoritate illa. Vſq; quo
iudicatis iniqtatē & facies peccatorū ſumitis : quod vitiū
eſt cōtra iuſtitiā diſtributiuā:& frequēter perpetrat:quan
doq; ex auaritia:quādoq; ex affectu ſenſuali amicitiæ vel
parētelç:ideo nūc agendū de hoc hic eſt: qa pctm̄ eſt mul-
tū nocēs bono cōmuni. Prohibet i lege diuina dū dicitur
Deut.j.Non accipietis cuiuſq; perſonā. Ab hoc vitio chri
ſtū fuiſſe immunē teſtati ſunt diſcipuli Phariſeorū cū He
rodianis dicētes.Nō reſpicis perſonam hoim . Math.xxij.
Et poſſet ſic deſcribi ꝙ acceptio perſonarū eſt vitiū quo
Acceptio ꝑſonarū.
id qd' ex debito iuſtitiç eſt alteri cōferēdū exhibetur ꝑſo-
næ ñ ob meritū eius ad ipſam rē:ſed ob conditionem ipſi
us non congruentē ad ipſam rem.Propterea aūt dr ex de-
bito iuſtitiç conferendū:qa in his q̄ dant mere ex liberali
tate nō ex debito nō habet locū acceptio perſonarū ſi dat
magis vni ꝑſonç q̄ alteri:puta donat qs de bonis ſuis cē-
tū amico vl' ꝯſanguineo rōne amicitiç vl' parētelæ qui nō
donat extraneo q̄uis ſit melior vel magis egeat : hic non
eſt acceptio perſonarū ſi datur magis vni perſonç: qa ſuū
eſt qd' dat:& nemini debet:& in re ſua vnuſquiſq; ē mode
rator & iudex.Et ex hoc ꝓbat bea. Tho.ſuper epiſtolā ad
Rom.vt ait apl'us.ij.c.Non eſt perſonarum acceptio apud
deū:in eo videlicet ꝙ pctōrū quoſdā relinquit in ſuis pec
catis: quoſdam ad ſe vocat dādo eis gratiam ſuam quam
non dat reprobis.Nā acceptio perſonarum vt dictū eſt op
ponitur iuſtitiç: vñ locū habet in his quç dātur ex debito
qd' attendit iuſtitia. Deus autem non ex debito ſed ex gra
tia vocat pctōres ad pœnitētiā. Vñ ad Rom.xj. Si ex ope-
rib9 iā non ex grā.Et ad Titū.iij. Nō ex operib9 iuſtitiç q̄
fecim9 nos:ſed ſm ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit.In ta-
lib9 autē beneficijs gratis datis liberū eſt nō ſolū deo : ſed
etiā hoī dare cui voluerit.iuxta illud Mat.xx. An nō licet
mihi qd' volo facere? Signāter aūt ſubdit.Nō ob meritū
ꝑſonç &c. Nā ad eū qui habet diſtribuere vel dare aliqua
ex debito diſtribuēda ꝑtinet ꝙ det illa ſm ꝙ reperit meri
tū ſeu aptitudinē in ꝑſonis cōgruētē rei quç dat. Nam ſm
Rō iuſtitiç diſtributiuæ.
beatū Tho.ij.ij.q.lxiij. Ad iuſtitiā diſtributiuā ſpectat di-
uerſis ꝑſonis diuerſa tribuere ſm ꝓportionē ad dignita-
tes ꝑſonarū.vt.ſ.vnicuiq; detur ſm ꝙ eſt in eo proprietas
digna ad id qd' dat.Si igit quis in dando cōſideret ꝓprie-
tatē illā ꝑſonç ꝓpter quā id qd' ei cōfertur eſt ei debitū nō
eſt acceptio ꝑſonarū . Sed ſi qs cōſideret in eo cui confert
nō illud qd' dat ſit ei ꝓportionatū vl' debitū:ſed ſolū hoc
qd' eſt iſte hō Petrus vel Martinus : puta amicus vel con-
ſanguineus vel ſibi vtilis: hic erit acceptio ꝑſonarū . Sed
ob cōditionē nō cōgruētē ad ipſam rē hoc dr: qa ſm bea-
tū Tho.vbi.s̄.cōtingit aliquā conditionē ꝑſonç facere eā
dignā reſpectu vni9 rei & nō reſpectu alteri9. Sicut hçc cō
ditio.ſ.cōſanguinitas ad vnā ꝑſonā facit eā dignā vt ſibi
plus dimittat de patrimonialib9 bonis q̄ extraneæ perſo
næ.Sed ipa cōditio nō facit eā dignā vt ꝑ hoc cōferat ſibi
ob eā de bonis eccl'iaſticis : ſeu officijs & beneficijs quātū
alij ꝑſonç aptiori vel plus q̄ alij:qa nō eſt parētela ꝯditio
congruēs ad talē rem.ſ. beneficia vel officia eccleſiaſtica.
Et perpetrat hoc vitiū in officijs & beneficijs conferendis
in iudicijs exercendis & in honoribus exhibendis.

## §. I. ET QVANTVM AD COL-

lationē bñficiorꝝ quçrit: vtrū prçlatus peccet in cōferēdo
bñficiū bono ꝑtermiſſo meliori. Vel etiā vtrū peccēt eli-
gētes aliquē i ꝑlatū min9 bonū prçtermiſſo meliori.Et vi
det ꝙ ſic.qa dicit Hiero.ꝙ q prçſtātior eſt ex oi pp'lo q do
ctior:qui ſanctior:q in oi virtute eminētior:ille eligat ad
ſacerdotiū.viij.q.j.licet. Tunc tpis cōiter ſacerdotes habe
quis dicit melior dupliciter
bāt curā animarū:ergo nō eligēdo talem peccatur . Et re-
ſpōdit bea. Tho.in quadā quçſtione de q̊dlib.ꝙ qs pōt di
ci melior duplicit. Vno mō ſimpliciter. Alio mō ſm qd.
Simpliciter aūt melior dr qui eſt ſanctior & plus habēs de
charitate. Scd'm qd dr melior qui eſt melior ſm aliquē re
ſpectū.Contigit aūt aliquē eſſe meliorē ſimpl'r.i.maioris
ſanctitatis qui nō eſt melior quātum ad hoc ꝙ præficiat i
eccleſia: ſed ali9 minoris ſctitatis erit melior eo in regimi
ne:qa forte magis eccleſiā iuuare poterit: vel ꝑ cōſiliū ſa-
pictiç:vel per auxiliū potētiç: vel qa deſeruiuit in eccl'ia.
Nō ergo tenet ꝑlat9 dare bñficiū vel officiū meliori ſim-
pl'r:ſed meliori quo ad hoc:non pōt eſſe ꝙ ꝑferat vnū al-
teri niſi ꝓpter aliquā cām quç ſi ꝑtineat ad honorē dei &
vtilitatem eccleſiç iā quātū ad hoc iſte eſt melior. Si autē
illa cauſa nō ꝑtineat ad hoc erit acceptio perſonarū quæ
tanto eſt grauior quanto in rebus diuinis cōmittitur.hçc
Tho.Et qa qd' eſt directe cōtra iuſtitiā eſt mortale:& acce
ptio ꝑſonarꝝ directe eſt cōtra iuſtitiā diſtributiuā : ideo ē
mortale.Notandū etiā ꝙ q̄uis minus bon9 ſimpl'r poſſit
Minus bon9 ꝑfert i regimine aliqñ.
prçferri magis bono in regimine eccl'iç qa vtilior nō tñ ſi
ſciat malus eſſe q̄uis poſſit iuuare eccleſiā ꝑ ſciētiam vel
potentiā:qa in hmōi ꝑmaxime requirit bonitas vitç: al's
ſine pctō cura exerceri nō pōt:hoc em̄ nō eſſet ꝑferre mi-
nus bonū:ſed ſimpl'r malū: & per ꝯſ̄ns q nō eſt idone9 nō
debet ꝑferri ei q eſt aliq̄ mō idone9. vñ & Alb.magn9 dic
expreſſe ꝙ promouens ad ordinē vel curā paſtoralē vl' ali
quod beneficiū eccleſiaſticū ſciēter indignū abſq; dubio
peccat mortal'r.Nec nobilitas excuſare pōt vt ꝓmoueat
Nobilitas a ꝓmotiōe alicui9 excuſare nō ꝑt.
malus:qa quāto nobilior tāto nociuior.Et ſi dicat ꝙ ali9
nō ſit ita vtilis:oīno iſta ratio nō valet:qa vtilitas ſpūa-
lis tpali prçponēda eſt:nec excuſat paucitas miniſtrorum
eccl'iç. hæc Alber. Ad argumētū reſpōdet ꝙ vtiq; cæteris
parib9 debet eligi & aſſumi ad ꝑlaturā doctior & ſanctior
cū.ſ.ſit alius ita vtilis eccl'iæ ſicut cçteri.Sed vbi alius eēt
vtilior in gubernatione: licet minus doctus & ſanctus:tñ
bonus cum in hmōi debeat attēdi vtilitas eccleſiç:ille po
tius debet prçfici.Gloſ.tñ ſup di.ca.licet dicit ꝙ Hugo tē-
perat dicta cōparatiua quæ ponit Hiero.viij.q.j.ꝙ debet
eſſe ſanctus & doct9.Sufficit em̄ ꝙ ſit bon9 : & eſt aliqs eo
ipo bon9 ꝙ nō eſt malus.ex̄ de ꝑſum.dudū. Alij tñ dicunt
ſemp meliorē eſſe præferēdū.lxj.di.nec emeritis.&.lxxv.
diſ.c.fi.Et q̄uis Ioā.adhçreat opinioni Hugo.tamen bea.
Tho.ij.ij.q.lxiij.ar.ij. tenet aliā opinionē dicēs ꝙ quantū
ad cōſcientiā neceſſe eſt eligere ſemꝑ meliorē vel ſimplici
Scd'm ꝯſciētiā ſēꝑ melior eligēdus ē
ter vl' in cōparatione ad bonū cōmune: qa ali9 haberi nō
pōt magis idoneus : verū quātū ad hoc ꝙ electio nō poſ-
ſit impugnari i foro iudiciali ſufficit eligere bonum:nec
tenet eligere meliorē:qa ſic oīs electio poſſet impugnari
Quod etiā aliquis debeat eligi de gremio eccleſiæ de iure
cōmuni ꝓpterea ſtatutū eſt:qa prçſumitur ꝙ talis debeat
eſſe vtilior quātū ad bonū commune: qa.ſ.magis diliget
eccleſiā i qua nutritus eſt ſm bea. Tho.Non tamē per hoc
tollit quin de alia eccleſia poſſit aſſumi ſi vtilior habeat.

## §. II. QVERITVR SECVNDO.

Vtrū ꝑlat9 eccl'iç poſſit ꝯmittere ꝯſanguineo ſuo curā ſuç
eccleſiç poſtpoſito meliori:& videt ꝙ non.Nā dicit Hie.
loquens de Moyſe ꝙ inſtituit ſucceſſorē ſibi in regimine
Ieſum Nauç nō filios ſuos vel cōſanguineos.Nulla con-
ſanguinitatis ratio:nulla habita eſt cōtēplatio ꝓpinqui-
tatis: ꝓpinquis agrorū & prædiorū relinquat hæreditas.
Gubernatio populi illi tradat quē deus elegit:qui.ſ.habe
at ſpiritū dei.viij.q.j.ſi ergo. Et ſic videtur ꝙ propinquis
nō ſint dāda beneficia eccleſiaſtica.Rñ.be. Tho.in quadā
q̄ſtione de q̊dlib.ꝙ aliter dicēdū eſt de cōſanguineo çque
Cōſanguineū æq̄ bonū poſſum9 ꝑferre.
idoneo:aliter de cōſanguineo min9 idoneo.Si em̄ cōſan-
guineus ſit çque idoneus pōt prçlat9 prçferre conſangui-
neū:niſi forte ex hoc ſcandalū oriat: vl' aliqui exinde ma
lū exemplū accipiāt: vt quādo ꝓbabiliter timet ꝙ alij ꝑ
lati inducerent hoc exēplo ad dandū ſuis conſanguineis
min9 dignis. Ratio hçc eſt:qa in hoc ꝙ det conſanguineo
çque digno nil deperit vtilitatis eccl'iæ:vñ in hoc licet ſa
tiſfacere amori naturali q charitati cōtrari9 nō ē: ſed ma-
gis charitate informat.& hoc figurat Geñ.xlvij.vbi Pha
rao dixit Ioſeph de fratribus ſuis. Si noſti in eis viros in-
duſtrioſos inſtitue eos magiſtros pecorꝝ meorū. Si vo ſit
min9 idoneus cōſanguineus prçlati nō debet eū præfice-
re ad curā eccleſiç poſtpoſito meliori: & hoc duplici rōne
Primo qa ifideliter agit diſpēſator q negotiū dñi ſui ge-
rens rem eius nō meliorat cū poſſit. Scd'o qa hoc videtur
ꝑtinere ad acceptionē ꝑſonarū:qa cōditio conſanguinita
tis nō eſt cōditio ꝑtinēs ad curā eccl'iç quç nō obtinet iure
ſanguinis ſed diuino munere.Eſſet aūt cōditio faciens ad
negotiū circa diſpēſationes patrimonialiū bonorū:vñ ſi
eps̄ de patrimonialib9 bonis magis ꝓuideat ſuo conſan-
guineo min9 idoneo nō ē acceptio ꝑſonarū:ſed ſi rōne cō

Universidad del Rosario | Archivo Histórico